Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sequi desiderantes defendere se conantur p suam sapi
entiam & philosophiam inanem. Unde scriptum est.
Littera occidit. & sic ad puersitatem erroris reuer-
tuntur sapientia carnis. Tertia autem pars creatu
re que mortua e in mari secundum pdictum sensum
intelliguntur heretici falsi xpiani pagani & iu
dei qui licet uiuant corpore mortui sunt in a
nima. & in hoc mundo uersi sunt in sanguinem
idem in ppetratione malorum operum que p sangui
nem designantur ut diximus. Et tertia pars na
uium interit. Haues & in bona parte ponuntur
& in malam. In bona ut legimus in euangelio qd dns
ascendens in nauim abiit trans fretum in mala
ut hic. Tertia autem pars nauium in pdictis hereticis
& ceteris intelligitur qui absq; gubernatore fe
runtur ideoq; in mari istius seculi fluctib tun
duntur & submergunt. Et tertius angls tuba ce
cinit. & cecidit de celo stella magna ardens tam
quam facula. Quod primus angelus hoc secundus
hoc tertius & ceteri id e uniuersalis eccle pdica
tores. Sed quia sibi inuicem succedunt sicut mar
tyres aplis ipsisq; martyribus confessores & uirgi
nes. ideo taliter distinguuntur ut dicatur primus
secundus tertius & cetera. Ipse autem designatur
p stellam qui & p montem antiquus uidelicet hostis
qui inter ceteras celi clara lumina creatus pri
mum adhuc tantum nomen retinet. n quod luceat
sed quia se in angelum lucis transfigurat. Ham &
in celo stella magna lucifer appellatur que pre